



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Michaelis de Caesena.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

mi, & postmodum fuit in fide Christi, quæ nunc multis criminibus cum hoc modo fornicata est, quæ merito vocatur meretrice magna, quia à fideli cultu, & à syncero amore, & delitijs Christi sponsi sui recedens, adhæret huic saeculo, & diuitiis, & delitijs eius, & diabolo, & regibus, & magatibus, & prælatis, & omnibus alijs amatoriis huius saeculi.

Vigesima heres est: quod magis appropria tè competit doctotoribus status tertii generalis, qui est sextus, & septimus, esse spirituales portas apertas introducentes aperitores, seu explicatores sapientia Christiana, quam Apostolis.

Multa alia hereticalia posuit iste frater Petrus Ioannes in epistola prædicta: sed hæc sunt principalia, & ad hæc cætera reducuntur: potius que quāplura alia falsa temeraria, blasphemia, periculosa, presumptuosa pariter, & infana.

Articuli autem postillæ super canonicas, & postillæ super Matthæum, continent prædictos articulos in sententia, & effectu, de condemnatione Ecclesiæ carnis Babylonie meretricis magnæ, & exaltatione ecclesiæ spiritualis: sed in speciali ponuntur in postilla super Matthæum duæ hereses, quæ sunt postmodum condemnatae, una per dominum Clementem V. & alia per dominum Ioannem XXII.

1. Prima heres est: quod quando unus militu lanceatus Christi in Cruce pendens aperuit, quod Christus adhuc erat viuus, & nondum mortuus. Et hæc condemnatur in Clem. de sum. Trin. & fide Catho. cap. Fidei.

Secunda heres est: quod Christus, & Apostoli eius non habuerunt aliqua in proprio, nec in communi, nec in rebus, quibus vobantur, habuerunt nisi simplicem viam facti. Hæc condonantur in extraugantibus prædictis, cum inter. & Quia quorundam mentes.

Sup. pag. 7.

Habetur inf.  
q. 15. huius  
partis.

† al. magiste  
rio.

† al. Ministe.

### Errores Michaelis de Cesana.

3. Postmodum vero factis dictis condemnationibus de præfatis heresisibus, & erroribus, & præfertim de heresisibus condemnatis in sepe dictis extraugantibus, fuerunt condemnatae hereses iste iterum, & consimiles, cœtente in libello fratris Michaelis de Cesana heretici Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum, propter hæc causam à ministerio depositi: quem fecit contra dominum Ioannem XXII. prædictum, vocas eundem dominum Ioannem Papam, Ioannem de Caturco hereticum, gerentem se pro Papa in Autione: qui dominus Ioannes eundem fratre Michaeli dopofuit, & suum libellum, & contentos in ipso dictos errores condemnavit, & cōdemnando doctrinam eius hereticalem, & pestiferam, condemnauit etiam & personam, eum hereticum promulgando, ut patet in extraugante eiusdem domini Ioannis XXII. quæ incipit: Quia vir reprobus Michael de Cesana, & Magister † Generalis ordinis Fratrum Minorum.

### Errores Ioannis de Parma.

4. Advertendum tamen, quod ante cōdēmina-

A tionem prædictorum librorum editorum à praedicto fratre Petro Ioanne factam Autione per Dominum Papam Ioannem XXII. dominum Alexander Papa IIII. condemnauit Romæ quædam librum, Euangelium æternum communiter appellatum: cuius auctor fuit, ut fertur communiter, quidam frater Ioannes de Parma licetus monachus: in quo libro sequentes heretici & errores sunt reperti.

Primus error est: quod doctrina Abbatis locum excellit doctrinam Christi, & consequenter nouum, & vetus testamentum.

B Secundus error: quod Euangelium Christi non est Euangelium regni, & ideo non est ad catorum.

Tertius error: quod nouum testamentum est euacuandum, sicut vetus est euacuatum.

Quartus error: quod nouum testamentum non durabit in virtute sua, nisi per sex annos proxime tunc futuros, videlicet, utque ad annum Christi incarnationis Mclx.

Quintus error: quod illi, qui erunt ultra predictum tempus, erunt in statu perfectorum.

Sextus error: quod Euangelium Christi aliud Euangelium subdet, & ita pro sacerdotio Christi aliud Euangelium succedit.

C Septimus error: quod nullus simplex homo est idoneus ad instruendum hominem alium de spiritualibus, & æternis, nisi illi, qui incedunt peribus nudis.

Octauus error: quod quantumcumq; Deus affigat Iudeos in hoc mundo, illos tamen seruabit, & quibus benefaciet etiam manentibus in Iudaismo: & q; in fine liberabit eos ab omni impugnatione hominū, etiā in Iudaismo manentes.

Nonus error: quod Ecclesia nondum peperit pariet filios ante finē regni temporalis, q; si dicitur per sex annos tunc proxime sequentes.

D Et per hoc datur intelligi ibidē, quod religio Christiana, quæ iam multos peperit vocatos ad fidem Christi, non est Ecclesia.

Decimus error: quod Euangelium Christi minem perducit ad perfectum.

E Undecimus error: quod adueniente Euanglio Spiritus sancti, sive clarificante opere Joachim (quod ibidem dicitur Euangeliū æternum, sive Spiritus sancti) euacuabitur Euangeliū Christi.

Duodecimus error: quod spiritualis intelligia noui testamenti non est commissa Papa Romano, sed tantum litteralis.

F Et per hoc datur ibi intelligi, quod Ecclesia Romana non potest iudicare de spirituali intelligentia noui testamenti; & si iudicat, temerariū est eius iudicium, & ei non est acquiescendū; quia Ecclesia Romana (ut dicunt) animalis est, & non spiritualis.

G Tertius decimus error: quod recessus ecclesiarum Græcorum à Romana Ecclesia fuit bonus,